


Vg
356





Dr. 211. 4

Vg
356

**Carmen Christophori Hegedoestini
Lipfici de disputatione Lipsensi
inter p̄stantissimos theologie
p̄fessores Joannem Eckiū
Karolstabium et Mar-
tinum Lutherum.**

1510



Decano et cōsiliū magistris florentis-
sime Academiae Lipsensis Christophor⁹ Hegedorffinus S. D.

Nae ego impudentie insinuland⁹ essem / viri ornatissimi /
si temerario quodā impetu disputatiōis Lipsice conscri-
bende provinciā suscepissem / et non prudenti consilio huc adact⁹
essem / volui enī hoc meo carmine cer salua quadā impatiētissi-
mum aduersus duces ipsius certaminis / viros extra cēm aleam
positos / amorem ostendere / q̄z scz assiduus spectator illos singu-
lari quadam monomachia congressos / spectassem tum omēs
vno / vt dicitur / affectu cōplexus essem. Et quāuis forsitan tant⁹
viris parū aut ornamenti / aut voluptatis ex mea cōmendatione
accedat / Et ipsi a me laudari tantū curent / quantū de rana pa-
lustri: meus tamen amo: hoc quicquid est / encomij vel a me inui-
to extorsit / vt oibus ppalam redderē. Et vt sunt viri vel Φιλαν-
θρωπιασ Φιλανθρωποτεροι meū hunc animū non poterint nō
deamare. q̄nquidē nos omēs eadē sumus membra in vno capite
Christo / nec membra pstantiora / imbecillū opam auersari debent
Tū etiā hoc me mouit vt et vestrā in me beneuolētiā hoc reniolo
pro mea virili remerirer / de vna fidelia / duos vt dicit / parietes.
Quā enī semper ex animo mihi fauistis / et aliquādo contra syco-
phatarum insultus defensastis : ego optimus testis sum. Qua-
re vel ingratitude ingratiōis esse videri possim si beneficia in me
congesta aut non agnoscerē / aut agnita si nō re ipsa at saltē anio
qui vt in grecorū proverbio est / παντων ξενικων ἄριστος est. Bene-
ficia vestra cōprobarem. Accipite igitur / ea / qua semp in me vsi
estis: humanitate / hoc nostrū carmen / in quo non certe sermonis
lecythos queretis. sed χαριτες γυμνασ. neqz vō in hoc carmine
vniuersuz certaminis euentū / aut vniuersa certantiū stratagema-
ta cōscribere potuimus : cū idip sum et opo sum et vltra vires fu-
isset : nudos igit rerū cōmentarios reddim⁹ : plurimū cogitatiōi
relinquentes. imitari Timāthen qui propterea laudibus vehitur
q̄ in omnibus eius picturis plus intelligendū spectatori q̄z pic-
tum p̄stiterit. Ita et optimum orationis genus esse quis negat?
in quo lectori nōnulla p̄uato Marte expendenda relinquuntur /



paucā enarrant. Sed maior est sensuum fecunditas q̄z verborū
Adde q̄ nonnūq̄z voculas grecas interteximus: non certe grece
lingue ostentande gratia/ sed necessitate/ que fertis caret: ad actū
latine em̄ voces quadrate in carmen coire nolebant: Nec id qđ
volebam/ Romanis verbis sempe cōmode exprimere potueram.
Dabūt igit̄ morosi mihi veniā si grecas voces latinis interspar-
sas esse viderint: nec clamitabunt me Hyrudinū ritu bilinguē vi-
deri velle. ois abest iactantia: animus sincerus est. dicant aliqui
quicquid velint: animus sibi non conscius Thionum strepitum
facile negliget. Tum sat scio/ que vestra est authoritas/ viri orna-
tissimi: nec mordacitas ipsa nos impetet/ si huic nostro labori
vos patrocinari volueritis. consilium meum/ ut opinor/ inteller-
istis/ vestrum est/ hoc quicquid est muneris non rejicere/ sed bo-
ni consulere. damus enim non quod vestra amplitudine dignum
est/ sed qđ mea ingenij imbecillitas p̄stare potest Valetē feliciter.

A ij

Carminē Christophori Hegendorff

fini de Lipsica disputatione / inter dños doctores *Ecclii* /
Carolstadium / et Martinum Lutherum.

Um sol octopedis penetrat iam brachia Cæcis

Et sicut omne solum / radijs pubescit adusta

Glauca ceres / gemit emouēs quū garrul⁹ annis

Atq; legit plenis calathis iam cerasa in hortis

Rusticus expectans mitissima dona *Lyci*

Lipsiacis agitur monomachia clara sub ovis

Consensu illustris ducis inuictiq; *Georgij*

Tum *Mecenatis* amictis qui pectore toto

Conantur verum studij reparare decorem

In qua non *Jone* prognatus vibrata tenebat

Tela manu *Alcides* / claua funditq; *bicorni*

Aut *Cacum* / aut volucres telo transfigit acuto

Stimphalides / *Bitho* commissus *Bachus* acer

Cestibus aut conto pugnat *sudibusq;* *preustis*

Jngolstatensis magnus sed prodit *alumnus*

Ecclius inuictus / pugnar / ac acer in armis

Mnemosinen dicas hoc hoc auctore creatam

Tu nil *Scenola* eras : tu nilq; *Simonides* auctor

Mnemosines / quando hunc videas *prelecta* tenere

Mente / modestus / et in partem volubilis omnem

Est / et qui *musis* *charites* connexuit vna

Estq; *Carolstadius* vir non postrema retentans

Sire velis morum probitatem / pectus anhelans
 Quo sacrum eloquium discussa nube choruscet
 Ceu solet ignifluo rutilum dum luce serena
 Conicit ore iubar Titan / seu rhetia maus
 Mutuo quis fallunt utentes fraude sophiste
 Hic primas tenet ex manibus ceu lubricus anguis
 Ut ut corripias dilabatur / arctius viget
 Si queq; forsitan medijs inuasit alis
 Accedit / laudum cumulo / prudentia iuris
 Qua nitidum semper caput inter nubila condit
 Sed quo te tacitum referam Luthere piaculo?
 Esse cupis $\kappa\rho\iota\varsigma\ \sigma\omicron\ \phi\iota\lambda\omicron\sigma\ \eta\tau\eta\tau\upsilon\mu\omicron\sigma$ omni
 Voto / nec latum culmum deflectis ab illa
 Ut ut te vallo quassent ac seua minentur
 Ordine non cedis / generosam oppetere mortem
 Tu maus totum / quam forte inglorius eum
 Transigere ac tua que est variarum lectio rerum
 Ex siliquis fractis veram excutis ipse medullam
 In sophie scriptis $\theta\epsilon\omicron\pi\upsilon\epsilon\upsilon\sigma\tau\eta\sigma$ / mista tonantis /
 Ecce duces quibus est incepta hec gloria belli
 Nunc libet incepto cursuq; recurrere ad ipsam
 Metam / ac enarrare quibus monomachia cepta
 Auspicij's quonam cessauerit omine tandem
 Jam phebe sacer ipse dies erat atq; chorusco
 Jam iurare exorto solis pompam instruit ingens

A iij

¶ In epla nra lege pro
 duos portetes / plures.
 Et in carmie qdam ore
 pro atbis.

Doctumq; in acie consistens turba virorum
Que comitata duces sancti delubra subintrat
Ipsa Thome petitura deum quo pneuma sacratum
Corda ducum belli illustret (ne ceca tumore
Mens abrepta simul / falsas sectata vel umbras
Gloriole vagabunda deo mens excidat ipso
Datq; sacrum Christo pomposa veste sacerdos
Garrula et hidraules varijs quatit organa plectro
Cantores modulis recinunt quoq; Pithagoreis
Usq; adeo ut forsitan blandas Heliconis alumnae
Certamen dicas arte instituisse canendi
Barbita leucadiumq; deum pulsare sonora
His ita curatis graditur rursus ordine quisq;
Recta contendit sub vasta palacia vaste
Arcis / ubi instructum est / populo mirante / theatrum
Quod varijs cingunt peristromata picta figuris
Scauri tu referas nec cedere posse theatro
Nec clipeo Aeneae magnum fuit ilion in quo
Nobilis et pariter depicta incendia Troie
Hic ubi constiterant proprio sedet ordine quisq;
Atq; duces ipsi dulcis quos gloria palme
Allicit / aduersis figunt tentoria castris
Tumq; Mosellanus gratiam iuxtaq; latinam
Edoctus linguam ascendit subsellia primus
Quo facto obticere omnes tacitiq; tenebant.

Diā simul / dehinc ingreditur sermone rotundo
Admonet atq; duces ne quis vel percitus ira
Plus aequo infestis concurrat pectus hastis
Aure ne quisq; popularis tractus amore
Extollat cistas / prius ac encomia cantet
Quā victor veniat rerumq; potitus in urbem
Sed referant Christum qui mansuetudine semper
Inseruit populorum animis oracula summa
Et penteglotton referant Stridonis alumnū
Qui per sepe stilum exacuens affectibus instat
Ne semel arreptis / nullum remorentur / habenis
Ex varijs pariter peregrinos excipit oris
Excipit imprimis te dux inuicte Georgi
Alberti soboles quem magnis Austria bellis
Condecorat / simul ac vobis spes altera nostrae
Clarus Joannes dux proles clara Georgi
Exciperis / quoq; tu Schlaune gloria gentis
Dux qui prisorum calles imitatus avorum
Artibus ingenuis viridem nunc ipse novalem
Excolis ingenij / ne quondam admotus habenis
Imperij / cecus ceco moderere popello
Ne velut introsum / fama est / Aspendis olim
In cithara obuertens chordas sibi miserat aures
Tantum / defraudans alios dulcedine cantus
Sis tibi ne viuas solum tu dispicias illa

Tunc etate velut partem que cerea in omnem est
Dehinc proceres alios musarum lumina clara
Excipit ac omnes magni certaminis esse
Vult spectatores / illis sic rite peractis
Ecce eratas vocat in certamina turmas
In campum / bellum indicens / simul inicit hastam
Deinde Karolstadius mox e regione metatus
Castra / aquilam extollens / audit cum classica forsitan
Ecce ingeminet rursusque lacestat in arma
Nec mora vult nostrum arbitrium mox Ecce ipse
In se nescio quam $\Delta V V \alpha M IV$ retinere potentem
moxque Carolstadius surgit vir acer in armis
Instructaque acie dubio non Marte repugnat
Prestantem referens Menelaum arguta rotunde
Complexus nimium ac imbelli fulmine mentem
Adversam torquet vir doctus et integer idem
Hac pugna adfecta mox mox sese ingerit ultro
Martinus scuto fidei / galeaque salutis
Armatus gladio et tunica quem Christus adempta
Vult emere atque crucis Christi consurgere in hostes
Discipulos / veri exactus servator et auctor
Non in lente / velut faciunt / unguenta requirit
Sed gravia exorsus de Papa disputat ipse
An solus seruet claves quibus itur ad astra
An solidata supra fiet ac ecclesia Petrum

An supra Christum quem Paulus apostolus inquit
Esse petram / quod tum diuino iure probabat
Illis adfectis alio mor vertere vela
Constituunt / oram soluant / bene fausta precati
An rogitant anime phlegetontis deniq; flammis
Dent penas Christo / paruo quia pectora amore
Concaluere dei magnum torquentis olimpum
An quia / proh miserum / comissa piacula cogantur
Diluere ethereas tandem sic ire sub arces
Tandem disceptant nunc indulgentia quid nam
Profit / et an superas / homines / deferre sub oras
Possit / mox alacres alio tentoria figunt
Atq; nouam exorsi pugnam validisq; lacertis
Vulnera suscipiunt / animus formidine nulla
Quassatus semper ceu murus aheneus instat
Et circumuolat dubijs victoria pennis
Ectius ecce prior primum instruit ordine turmas
Contendit pugnar metanoias ipse timorens
Seruilem esse caput / contra vir acer in armis
Lutherus surgit / sophie panoplian adfert
Erga quem saltem genitorem filius ipse
Adfectum gestat metanoias esse ferendum
Rite caput / non quo plagosi Dauie Symonis
Verbera inhorrescis / mutabiliorq; Choturno es
Atq; alia inuadunt que non sat viribus vllis

Eloquiū possunt tolli / Demosthenes ipse
Hic desudaret / Tullij torrentia lingue
Flumina nil possent / lyra nec dircea per ignes
Seruata incolumis pompan certaminis huius
Narraret / digna cumularet laude monarchas.
Sed quoniam longum cursu confecimus equor
Ad portum appellet Zephiroq; carina secundo
Ipse Carolstadius viuaci pectore prodit
Enthea proponens numeris astringere nostris
Que mea musa nequit / que fortiter Ectius ipse
Dissipat / exturbat / sese ceu Prothea versat
Prothasis illa fuit celebris certaminis huius
Tunc narranda venit q; bella catastrophā tandem
Addita sit / q;to plausu sit pugna peracta
His actis igitur : consurgit Langius ipse
Langius hic nostris iam vir bene notus in oris
Surgit : et arrectis stant omnes auribus / atq;
Nec mora : facundo doctos vehit ore monarchas
Dehinc alijs quos finitimis monomachia ab oris
Excierat / grates soluit / sanctusq; senatus
Muneribus cumulat pugiles certaminis huius
Quid ni commemorem ? quod donec epithasis illa
Pugne exardescit scutato milite complent
Arcem Lipsenses ciues ne forte refixis
Armis surgat Athis / disturbans ordine turmas

Omnes eia agite sancto qui rite lauacro
Baptismi Christo iam nomina vestra dedistis
Nunc orate deum his sic dicimatur: ut inde
Non cladem accipiat manus ecclesia Christi
Non iocus est / non hic spectanda est gratia / non hic
Munera / sed Christi qui nunc supereminet omni
Est capiti gladius semper metuendus / et acri
Cuncta expendantur libra / ne barbarus hostis
Nos aliqua posset forsitan deludere parte
Quare nunc alacrem suscollite in ethera vocem
Dicite / Christe sacer veri fons Christe serenas
Pectora κηρικων radijs qui pneumatis olim
Nunc charitis pleno humecta ab umbra superno
Pectora Αριστάρχων / sapiant te / te fateantur
Queq; tue fuerint doctrine consona Christe
Illa amplectantur Siculas siue pondere garras
Et thetis absumat / veneris credantq; marito

τελος

¶ Lipsiæ excussit **Wolfgangus Monacensis**, 1519.


Fig. 356 BK

(x2206678)

MC







B.I.G.

Farbkarte #13

R. 2117 4

Carmen Christophori Hegedorstini
Lipsici de disputatione Lipsensi
inter pstantissimos theologie
pfflores Joannem Eckiū
Karolstadium et Mar-
tinum Lutherum.

1510

Vg
356

